

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Liber 29

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Q. 3. Quid si variis gradibus substitutio  
sit facta, potestne deliberante primo secundus  
vel tertius adire? R. Dum primus deliberat, nec  
secundus, nec tertius succedere potest, nec secundo  
aut tertio currit tempus deliberandi. l. 67 ff. de  
acquir. vel omit. hered. Interim hac in re proto-  
ris officium est propiciere, ne creditores eludantur.

Q. 4. Quid si is qui deliberat mortuus sit?  
R. Tempus quod restat, transmittitur ad heredem  
l. 19. c. h.

Q. 5. Quid juris consequitur haeres, dum delibe-  
rat? R. habet copiam instrumentorum inspiciendo-  
rum l. 5. pr. ff. h. potest petere rationes ab iis apud  
quos deposita sunt. l. 28 ff. de acq. vel omit.  
hered. et si res sint in hereditate, qua tempore  
sunt deteriores, potest adito protore, et qua sunt  
sumptuose, libere vendere.

Q. 6. Quid si intra tempus praestitutum haeres ni-  
hil dixerit? Tunc in eius detrimentum res explici-  
bitur, cum in eius potestate sit voluntatem  
sua exprimere. scob. h. 9. 8.

Porro de inventario diximus l. 2. §. 19. in just.

Lib. 29

Liber 29

Tit. 1.  
De testamento militis

Hunc titulum dilucidavimus in just. l. 2. §. 1.  
ii

Tit. 2.

De acquirenda vel omittenda  
hereditate

Q. 1. Quibus modis adeatur hereditas? R.  
vel nuda voluntate, hoc est, simpliciter declaratione

sive ullo facto vel pro herede gestione, nempe unum heres facit, quia sunt tantum heredes, §. pen. just. l. 29. ff. h.

Lib. 29.<sup>91</sup>

Q. 2. Quid si quis funus curavit? R. Præstat, ut protestetur, se non facere sumptus eo animo, ut se pro herede gerat, sed tantum ex pietate l. 20. §. 2. ff. h.

Q. 3. Quæ requirantur, ut aditio, recte fiat? R. 1. heres debet esse certus sibi delata esse hereditatem defuncti, l. 21. §. 2. ff. h. vel ex testamento vel ab intestato, vel an pure vel sub conditione sit institutus l. 32. §. 1. ff.

7. arg. l. 39. ff. h.

Q. 4. Qui possunt adire? R. omnes sive patres, sive filii familiae sint, ceterum pro pupillo tutor, pro fundo curator adire possunt, l. ult. c. de jur. delib. l. 8. et 9. ff. h. procurator tamen, nisi speciale mandatum habuerit, adire nequit, l. 9. ff. h.

Q. 5. Possit ne hereditas pro parte adiri? R. Neg. per l. 1. et 2. ff. h. sine filius servata sibi legitima non potest omittere reliquam hereditatis nec emphiteusim v. g. agnoscere, repudiato reliquo patrimonio patris. Recte tamen legatum agnoscitur licet hereditas repudiatur, l. 89. ff. de legat. 1. l. 4. ff. ad Trebell.

Q. 6. Intra quod tempus adiri possit? R. nullum esse tempus prescriptum, nisi creditores urgeant, ut supra dictum l. 9. c. de jur. delib. et si lateant heredes, potest fieri missio in bonorum possessionem, l. 8. §. 9. ff. quib. ex caus. in posses.

Q. 7. Quis sit effectus aditionis? R. Inpli.

Lib. 29.

caetur heres omnibus oneribus hereditatis et  
legatorum nisi factum fuerit inventarium  
de quo supra, l. fin. §. 12. ff. de jur. delib.

Q. 8. An detur restitutio? R. Minoribus §. 5  
just. h. Item etiam militi, l. fin. c. de jur.  
delib. et alii omnes qui justo errore lapsus  
est, arg. l. 7. ff. de restit. in integ. l. 1. ff.  
ex quib. caus. maj.

Q. 9. Quomodo fiat repudiatio hereditatis,  
et a quibus? R. <sup>ad m.</sup> Nuda voluntate, re et ver-  
bis declarata §. fin. just. de hered. qual. Abs-  
tere autem dicuntur sui heredes, repudiare vero  
extranei. <sup>ad m.</sup> ~~Fit~~ repudiatio ab eis fit qui-  
bus delata est hereditas et qui quid agatur  
intelligunt, l. 94 ff. h. et possunt obligari  
hinc furiis non recte repudiant, nec pupilli  
sive tutoris auctoritate.

Q. 10. Quis est effectus repudiationis? R.  
Repudians liberatur ab omni onere here-  
ditatis, et hereditas devolvitur ad alium et  
qui secul repudiavit postea suo jure non  
potest adire, l. 24. c. h. nisi sit minor, l.  
fin. c. h. vel etiam major sed tamen suus  
heres, qui quidem non restituitur sed si  
bona nondum sint distracta, auditur intra  
Triennium l. fin. c. h. hinc filijfamilias  
qui maternam hereditatem <sup>secul</sup> repudiavit cum  
non sit suus heres matris, ut potest <sup>sub</sup> eius po-  
testate non constitutus, postea non amplius admit-  
titur, l. 2. c. de jur. et fact. ignor.

TA. 3  
Testamenta que admodum aseriantur  
inspiciantur, et describantur?

2. j. Quomodo testamenta sint aperienda? R. 7 et publican  
apud magistratum, et coram omnibus, quorum inter 7 et publicanda?  
est; possunt vero omnes, ad quos pertinet, desin Lib. 29.  
desare aperiiri, l. 1. ff. l. 3. c. h. possunt  
etiam cogi testis, ut sigilla, et manus suas re-  
cognoscant, l. 4. et seqq. ff. h.

2. 2. Quis detur actio contra occultatas  
tabulas? R. officii iudicis imploratio, aut in-  
terdictum de tabulis exhibendis, per l. 2.  
§. fin. ff. h.

2. 2. Quid si quis suum sigillum negat, vel  
absit? R. nihilominus aperienda sunt tabulae  
per l. 1. §. fin. et l. 7. ff. h. licet eo casu  
tabulae fiant suspectae

2. 5. Quid sit effectus aperturae, et publicationis?  
R. Quod iam publica sit testamenti autho-  
ritas, testamento in archivum publicum redacto  
Itrov. thes. 42.

*Tit. 24. l. 1.*  
Si quis omnia causa testamenti ab  
intestato, vel alio modo possi-  
deat hereditate.

2. Quid si omnia causa heres scriptus  
repudiet hereditatem, ut ab intestato succedat?

R. si id in fraude legatariorum fecerit, aequa  
tenebitur, ac si ex testamento adisset l. 1. ff. h.  
l. 1. et 3. c. h. fidei obtinet, si ab herede  
instituto legata sint relicta, et institutus pra-  
ter accepto, ea repudiet, l. 1. c. h. arg. d. l. j.

*J. 5.*  
De Consulibus Syllanianis et Claudianis  
quorum testamenta ne aperiuntur.

2. Quid sit haec SC<sup>to</sup> Syllanianis compre-

Lib. 29.

heredum. Q. Cum à familia occisus quis esse dicitur, non licet heredi tabulas testamenti aperire, aut hereditatem adire antequam de servis, qui fuerunt sub eodem testamento, vel in loco ex quo Dominus periclitanti auxilium ferre poterunt, habita fuerit questio, l. 1. de h. 3. §. 18. ff. h.

Q. 2. ubi maneat hereditas, quae adita est contra scilicet. R. pertinebit ad fiscum, cum constat certo defunctum esse occisum in familia l. 5. §. 2. ff. h.

Q. 3. Quid si ignorans occisum, aperuerit? R. non tenetur hoc edito, ut nec is, qui sciens per imperitiam aperuit, l. 3. §. 21. 22. ff. h.

Tit. 6.

Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit?

Q. 1. Quid si quis prohibuerit testari? R. Si quis dum capiat hereditatem legitimam vel ex testamento antea facta, prohibuerit quem facere testamentum vel vel prius factum mutare, Divus Hadrianus constituit, denegandas ei esse actiones, et fisco locum fore, l. 1. pr. ff. h. Idem iuris est, si dolo facerit, ne testes veniant, l. 2. ff. h.

Q. 2. An in hac re unus factus alteri obest? R. neg. quia factor suus quem tenere debet unde <sup>nec</sup> frater fratris obest non poterit d. l. 2. §. 5. 1.

nec fiduciarius  
fideicommissarius

Q. 3. Quid si quis coegerit aliquem testari? R. praerelabit hereditatem eam fisco attribuetur, d. l. 1.

93  
L. 24. An ergo verus heres nihil consequere-  
tur? Q. si certis constat quod testator  
cum herede esse voluerit alterius male-  
fici ei non nocabit, quia non debet alteri  
per alterum iniqua conditio fieri. <sup>et alij</sup> ~~non~~ fi-  
ci ex aliena calamitate emolumenta senti-  
re non debet. l. 1. c. de rursus. lib. II.  
Ceterum si quis aduersus delinquentem non est  
denegando partem adueni. D. l. 12.

Lib. 30.

L. 30  
De Legatis et fideicommissis 1

Tit. 6.

De iure Codicillorum.

De hoc dicimus in iust. l. 2. §. 25.

Lib. 30

Liber 30

Tit. Nicens.

De Legatis et fideicommissis. 1

Hunc titulum prosecuti sumus in iust.  
l. 2. §. 20. 21. 23. et 24.

Lib. 31

Liber 31

De Legatis et fidei-  
commissis 2.

Qua hic possent explicari iam dilucida-  
ta sunt in iust. cit. l. 2. §. 29.

Lib. 32

Liber 32

De Legatis et fidei com-  
missis 3.

Consule de hac materia cit. §. 20 iust.